Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

foliorum atarasatid an. ʒ. vj. et in eis
infundatur dicti pulueres et bene misce
antur et cooperti dimittatur per nocte et
de mane cum syrupo facto de aqua rosarum
aut aqua acetose et vino granatorum, et
aqua atarasati cum zuccaro, fiat electuarium
in mortario bene miscendo, et omnia bene
incorporentur et antequam infundatur addatur
ambre ʒ. j. et ß. musci ʒ. iiij. dissolutis
in modico boni vini albi in mortario bene
miscendo cum pistello, intantum quod sit bene
incorporatum postea reponatur in vase
de auro uel argento bene coopto, ad mi
nus in vase vitreato. Cap quintum, de
mediciniis simplicibus et compositis conue
nientibus per accidens ad conseruationem et
preseruationem, et ad curam pertinentes, tamquam
res confortantes cor etc.

Et est primo syrupus de ribes.
syrupus de succo limonum, syrupus
de succo citri, syrupus rosatus et de
berberis, syrupus de sumach dyaboraginatum
zuccarum rosatum borrago buglossa mel
lissa acetosa ambra doronici perle per
forate et non perforate, caro pdite, seta cru
da, grana bezilli, portulata, sene, aro
maticum rosatum, aromaticum gariofilatum, aro
maticum muscatum, electuarium de citro, electuarium